



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

De Dispensationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

DE CONIUG.
DE DISPENSATIONIBUS.

Quae iure naturali & diuino sunt prohibita, nulli mortalium licet dispensando violare. Ratio est, quia Deus postulat obedientiam, & puniit violantes ordinem à se sancitum.

In ijs verò, quae iuris positivi sunt, propter graues causas, rectè diiudicatas, dispensatio interdum admitti potest ab ijs, quibus iudicium conuenit. Non enim cuiilibet privato integrum est, leges positiuas graui iudicio constitutas, violare aut mutare pro suo libitu.

In ijs porò casibus matrimonialibus, quibus Papa Romanus, pro pecunia legitime potest dispensare, quilibet pastor aut Magistratus, etiam absq; pecunia potest dispensare. Sed Normae sit verbum Dei, publicae, honestas.

Causae autem dispensationis in ijs, quae iuris positivi sunt, tres numerantur.

1. Ratio publica pacis.
2. Favor liberorum è tali matrimonio procreatorum, vt nimirum legitimi habeantur.
3. Cum infideles, suo inter gentes iure, matrimonio inierunt.

DE